

Babylonem Alexander obiit.

RECENTIORES.

ADELHEIDIS DE ROMANO.

EXemplum quod a uorum tulit ætas, commemorare libet, sed an hic, an inter Mathematicos parumper hæsitauit, utroque enim licet. Fama est & quidam Scriptores asserunt, Ezzelinum de Romano, & Albricum fratres, cruentos & immanes homines, matrem habuisse Adelheidam, ex nobili Tuscorum sanguine fœminam, alii ingenij consilijque & tam astrorum cœlique studio, quam magicis artibus supra fidem venturi præsciam: Hæc cum sæpè multa tam viro quam uatis, tum præcipuè euidentis vnum, circa diem suæ mortis, oraculi more tribus versiculis pronunciaſſe dicitur. In quibus quidem & filiorum potentiam, & exitum, & utriusque suæ mortis locum ita cecinit, ut ipsis euentibus nihil ex vaticinio demeretur, quin etiam ut Albricum fileam, cum Ezzelinus ipse monitus Casfanum cauere, ignobilis vici nescius, Casfanum castrum in Paduanorum ac Hetruscorum situm finibus fatale ratus, ut de Alexandro Epeyrensi diximus, omni semper studio vitasset, tandem post septua-